e-codices

tam si prodestant studiis suis scientia minentes desideratis, non à potentia habendae eam, aut tyrannorum immanitate exigendam esse et abstrusa studia, sed à Deo mortalibus concessam. Si defendere suis artis requirantur et patronos, audiuntur tales fuisse summos Imperatores, qui cum delecti essent, ut ad gubernacula sederent, sic potissimum curabant, ut hoc Divinum Studium quam diligentissime colerentur. Si calores denique suis artis insinuent dos putatis alis amplificatores, accipite pendentes sane illos, magno iudicio praeditos, rerumque multarum intelligentia excultos viros, qui hac vire multum operae ab studio consumendum esse censuerunt. Merito igitur nobilissima et intelligitur ab omnibus et dicitur medicina, cum tanta habeat cum divinitate coniunctione. Merito Deorum immortalium donum appellatur, cum ad propulsandos omnis generis morbos, ad sanitatem reducendum tantum valeat. Merito medicina curat principibus fuit cum profit hoc rebus publicis, urbes, civitates, colonias incolumes conservet. Quapropter quid aut eorum iudicium verformidem, qui ut oculi stupore sensus in cibarum sapore fallantur, sic mentis stupiditate non recte possunt de rerum vice et natura iudicare? aut eorum quid metuam orationem